



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CCCLXXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

D. Petri Duen.

quam domi studens erat impensurus, & non vltra: quia ibi non rubeat vento, vt lupus: vt dicit gl. in l. fi. C. de alimen. pupil. p. p. facit quod supra dixi in iij. ampliatione. Quam limita. intelligi quando filius erat in studio contra voluntatem patris, vt etiam supra.

4 Quarto limita, quodocunque constaret quod pater providebat filio suo de rebus necessariis: nam tunc pater non tenetur de mutuo factio per filium etiam studentem, Ita probatur de iure regio in l. ti. xix. par. iij. Quod tamen est verum, quodocunque is qui mutuum tuauit filio, sciebat quod pater providebat ei de rebus necessariis secus tamen si hoc ignorabat: nam tunc bene potest agere contra patrem: vt in l. sed & si pupillus, in §. prescribere. ff. de instituta, & in l. fi. ff. pro suo, & ita expresse tenet Sali. in d. l. sed Iulianus, in §. quod dicitur, in fin. verbis. ff. ad Macedonia.

5 Quinto limita, non procedere hodie de iure regio. Vt in pragmat. ti. vi. de Valladolid, Anni Domini. 1542. vbi fuit statutum, quod si aliquis mutuauerit vel viderit aliquam rem filio scholari, non possit mutuum vel debitum a patre vel a matre petere, nisi ad ipsomet filio. Quam pragmaticam intelligo veram, nisi clarissime constitisset quod pater non providebat filio suo de alimentis necessariis in studio: quia tunc illud quod appareret esse mutuum filio, bene posset a patre peti, non obstante supra dict. pragma. vt supra dictum est.

REGVLA CCCLXXI.

FILIVS scholaris non tenetur libros a patre datos, post eius mortem conferre, licet cum fratribus succedat: sed eos habebit precipuos. Tex. est & ibi glo. in l. quæ pater. ff. fami. hercis. & in l. filij cuius. C. eod. tit. & ibi Cin. & Salice. Bar. in l. §. nec castrense. ff. de collat. bono. & glo. in pragmatica sanctione: in tit. de collationibus; in §. vt liberius, & hæc opi. est communis secundum l. l. in l. filij licet, in fi. C. de colla. Alberi. & Alex. in l. si donatio. in fi. eo. tit. Fabianus de Monte, in repe. Authen. nouissima. quest. xxxvi. in prin. C. de inoffi. testamen. Alex. in conf. 50. nu. 17. lib. vi. & in consi. cxlix. in fine, lib. vij. Ioan. Sanxon. in Consuetud. Tauronens. in ti. (De successione de gens rotutiens.) fol. 309. col. iij. Pala. Ruuios in l. xvij. Tauri. nu. 16. & ita expresse tenui in regula ccxxij, in iij. limita. De iure regio probatur hæc regula in l. iij. in iij. par. v. in fi. & in l. v. ti. xv. par. vi. Et circa hanc reg. vide vltra doct. in l. si donatio. & in l. filij licet. C. de colla. Vitalem Neumaufensem in tracta. de collatio. q. v. nu. 10.

Hæc regulam ampliat quatuor modis, & limitat quinque modis Petrus Rebuffus in tracta. de priuilegiis scholarium: in priuil. 55. a num. 1. v. que ad finem.

REGVLA